

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Publii Terentii Comoediae sex**

**Terentius Afer, Publius**

**Francofordiae ad Oderam, 1606**

Actvs V. Scena IIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-139622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139622)

H E A V T O N T.

Ch. Quid metuis? ne non cum velis, conuincas esse illam tuam?

So. Quod filia est inuenta? Ch. non, sed quod magis credendum fuit,

Dimeter,  
Trochaic.

Id quod est consimilis moribus:

Conuincas facile ex te natum: nam tui similis est probe:

Nam illi nihil vitij est relictum, quin id iidem sit tibus. Tum praeterea talem, nisi tu, nulla pareret filium. Sed ipse egreditur, quam seuerus, rem cum videas, censeas.

ACTVS V. SCENA IIII.

Trochaici quadrati catalectici, permixtis  
Iambicis aliquot.

Clitipho, Sostrata, Chremes.

**S**I vnquam vllum fuit tempus mater, cum ego vnluprati tibi

Fuerim, dictus filius tuus tua voluntate, obsecro

Eius vt memineris, atq; inopis nunc te misere sciat

mei,

Quod peto & volo, parentis meos vt commonescres mibi.

So. obsecro mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum,

Alienum esse te. Clit. sum. So. miseram me, hoccine quaesisti obsecro?

ACTVS V. SCENA IIII.

Ita mihi, atq; huic sis superstes, vt ex me, atq; ex hoc  
natus es :

Et caue post hac, si me amas, vnquam istuc verbum ex Obiurgatio  
te audiam. conueniens

Ch. At ego, si me metuis, mores caue in te esse istos patri.  
sentiam.

Clit. Quos? Ch. si scire vis, ego dicam: gerno, iners,  
fraus, belluo,

Ganeo, damnosus: crede & nostrum te esse credito.

Clit. Non sunt iam hac parentis dicta. Ch. non, si ex  
capite sis meo

Natus, item vt aiunt Mineruam esse ex Ioue, ea cau-  
sa magis

Patiar Clitipha flagitijs tuis me infamem fieri.

So. Dij istaec prohibeant. Ch. Deos nescio: ego, quod  
potero, enitar sedulo.

Quæris id, quod habes. parentis: quod abesi, non quæ-  
ris, patri.

Quo modo obsequare, & vt serues quod labore inue-  
nerit.

Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet  
Dicere hac præsentè verbum turpe: ac te id nullo mo-  
do

Facere piguit: Clit. eheu, quàm ego nunc totus displi-  
ceo mihi,

Quàm pudet: neq; quod principium, incipiam ad pla-  
candum, scio.

ACTVS.